

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

C ante V

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)



sunt, qui stupiditatis nomine male audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia proverbium: Cumæi serò sapiunt, *id est* *serò sapienter*. De cuius origine dicitur afferuntur sententia. Sunt enim qui dicant, Cumæos quæ ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent proventum, vix demum trecentesimo anno ab urbe condita intellexisse, ex portorio redditum non contemnendum posse confici. Alii pecunia scenoti accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quam cõstituta die non exolvissent, creditores in ipsarum porticum possessionem fuisse missos, qui deinde cives à deambulatione arcebant. Verùm quum ingens pluvia repente ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæi se in porticus reciperent. Præcone itaq; identidem acclamante: Subite porticus, viti Cumæi qui ibi tunc aderant hospites, rem in jocu vertebant, tanquam nõ intelligerent Cumæi, nisi iussi, pluviam tempore porticus esse subeundas. Hæc Strabo lib. 13. Sunt & alia ejusdem nominis urbes, quas vide apud Steph.

**Cumæ**, arum, *arum*. Civitas Lucaniz ad mare, juxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Eubœæ venerunt. Servius in illud Virgilii 3. Aeneid. Huc ubi delatus Cumæa accesseris urbem. Eubœa *(inquit)* insula est, ex cuius civitate Chalci de coloni profecti sunt ad novas sedes quaerendas, & haud longè à Baiis (qui locus à socio Ulyssis Bajo illic sepulto nomen accepit) invenerunt vacuum litus: ubi visa muliere gravida (quod illi fecunditatis augurium interpretabantur) civitatem condiderunt, quam Cumas appellaverunt, sive *δῆμος* *κύμων*: hoc est, à prægnante: sive ab undis, quas Græci *κύματα* appellant. Nam *κύματα* undam significat: autem Latini in u convertunt, ut Byzthia, Burchia.

**Cumæni** & **Cumæi**, *arum*: quamvis *κύμων* etiam dicantur à Cuma civitate Aeolica.

**Cuneus**, *arum* Straboni. Vulgò *Cabo de S. Maria*. Ager est, aut si mavis, promontorium Lusitaniz, Anæ fluvio proximū, quo Hispania in Occidentem, quam longissimè excurret: nomen habens à figura cunei, quo ligna finduntur, cujus extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiam Artemidorus promontorium hoc navali rostro assimilavit. Pomp. lib. 3. Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur, Anæ proximū: quia lata seculum procurrit paulatim se ad sua latera fastigiat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod ultimus est. Hæc ille. Ptolemæus non levi errore hoc promontorium Sacrum esse existimavit: ut apertissimè docet Vadianus in loco cum Pomponii jam citatum.

**Cuniculariz**, insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adjacentes. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

**Cūnina**, Dea quam præci coluerunt, quæ cunis infantū præsidere putabatur.

**Cūpido**, divus, masculini generis. *Id est* *Ger. Die Gott der Lieb*, sive *Herold* *der ein Sohn Mars und Venus*. Amoris deus, quem Hæliodorus natum vult ex Chao & Terra: Simonides de Cicero ex Marte & Venere: Arcesilaus ex Nocte & Aethere: Alceus, ex Lite & Zephyro: Sappho, ex Venere & Coelo: Seneca, ex Venere & Vulcano. Duplex autem est, Ovidio dicente: Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum, &c. Hæliodorus videlicet de turpis: illumq; ex Venere & Iove patrem natum vult: hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cicero lib. 5. de Natur. deor. Fingitur à poetis armatus flammis & telis, aureo videlicet & plumbeo (ut patet ex Ovidio, lib. 1. Metamorph. de Daphnæ & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, &c. Ejus quoq; formæ descriptio extrat multis verbis apud Apuleium de Asino aureo. Virgilius de Vino & amore: Bellum sæpè petit ferus exitiale Cupido.

**Cūpidinē**, a, um, *id est* *id est* ut Cupidinez sagitta, Ovid. 1. de Remedio amoris.

**Cupra**, Piceni civitas est, non procul ab Asculo: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

**Cupra**, Italiz oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vana conjectura, à Cypro templo, illic à Tuscis, qui Cypram lunonem dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cupra sive Cypra una appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant, per u litteram proferre possumus: ut, Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, autore Hermodoro.

**Curcura**, insula in mari Adriatico, non longè à Melitine, aliàs dicitur Melena. Vide GORCYRA.

**Cūrēs**, *arum*, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cujus cives Quiritæ, *arum*, dicebantur. Conveneruntq; Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaq; nomen retinerent: sed Romani & Sabini Quiritæ appellarentur. Ovid. lib. 2. Fast. Te Tatius paruiq; Cures Ceni-

naq; sensit. Hinc etiam populi, Cures. Virg. li. 9. Æn. Tanoq; feni, Curbusq; severis.

**Cūrētes**, *arum*. Ger. *Böcker in der Insel Candia*. Populi Crete insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellantur: ex Ida Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi: cujus etiam nomine, Crete montem, quem primum infederit, Idæi appellaverunt. Dicitur *arum*, teste Strab. lib. 10. *Id est* *Idæi* hoc est, à tonsura. Anterior enim capitis partem detoniam gestabant, ne hostes eos casarie apprehenderent. Alii Cures dicitos putant, *Id est* *Idæi* *arum*, eò quod Iovem aluisse dicantur. Autor est idem Strabo loco jam citato, Cures in Greciam quoque trajecisse, tandemque confedisse trans Acheloum fluvium, ibique quum intonsa servarent caput, Acarnanas vocari cepisse. Curætarum os, *arum* *arum*. Dicitur solum si quando quis numine afflatus loqui videretur: propterea quod Cures Cybeles comites fuisse quodâ facto præci divinare viderentur. Refertur à Zenodoto meminit & Hesychius.

**Cūrta**, Rhetorum Vrbis primaria, vulgò *Cher* dicitur. & *Id est* & alia ejusdem nominis in Voytlandia, quam Germani *Cher* vocant.

**Curifugia**, Nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditæ, quæ in agro Sentinati habebat, inter duo fluventa, Sentinum & Nevolam, ubi est saluberrima cœli temperies.

**Curionia** sacra, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

**Cūrso**, Prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorem mulierem appellavit. Hujus filius C. Cursus Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primum bellum civile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex perditissimo luxu sese ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum civile invitavit, causamq; illius absentis defendendam suscepit. Vade etiam à Luciano, venali lingua fuisse dicitur. Penin. Africa, cui à Cæsare erat postpositus, à Iuba Mauritaniz regis cum toto exercitu delatus. Et Curioni gratulatus Cicero Epistol. libro 2. Seta, *inquit*, gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum, audio serò. I. Curio, ut se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum civile impellebat, ut scribit Cicero in Epistol. ad Qu. Frat. Et ipse Cæsar, *inquit*, amicus noster, manens ad secatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret, & Cursio meus illum incitabat. Huc etiam accedit quod scribit Luciano:

Tolle moras semper nõcuit differre paratis. Cursus, ut habet Strabo lib. 5. Vrbis quondam insignis: nactem viculus in Sabinis. &c. Vide CVRES.

**Cursum**, *arum*. Vrbis Cypri, à Curco Cioyæ filio: gentis Curieus, Curius scem. & ipsa regio. Est etiam urbs Actolis, Stephan.

**Cūrtilis** Dentatus, Romanus civis, ex ædificiis frugalitatis, & perspicax fortitudinis. Hic quum in scamno sederet, rapinam in foro torretet, & Samnitum legati magni auri pondus publice missum obrulissent, invitarentq; ut eo uti vellet: respondit M. Cursium male imperare locupletibus quam locupletem fieri: & qui acie vincit non potuit, cum pecunia corumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triumphavit, quos aliquid ad mare superum pacavit. Reversus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem. Tantum hominum potui cepi, ut fame essent pecunia, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphavit, postremò de Lucanis ovans urbem intravit: Pyrrhū regem Ipyrotarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera virum populo divisit: sibiq; totidem constituit dicens: Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Iuvenal. Satyr. 11.

**Curtopolis**, Vrbis Cariz. Steph.

**Curtius**, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis manibus devovit. Nam quæ terra in medio foro ingenti hiatus defedisset, responsumque esset non conturam habem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus sese in hiatus dejecisset: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitavit: confuso quoque sine mora, se in speciem præcipitavit: unde etiam Curtius lacus nomen creditur servasse. Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta memoriz prodidit.

**Curtius** fons, insignis aquæ ductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus opere arcuato tanta altitudinis, ut in omnes urbis mōtes facile distribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 13.

**Cuthi** vel **Cuthath**, regio est Persidis à flumine Cutha (sive Ioseph. lib. 9. scriptum reliquit) vocata: Ioseph. de quibus idem in 10. sic scribit: Salmanasar etiam transiit in Cutham.

